

COMPENDIUM PHILOSOPHIÆ

哲學縮型

COMPENDIUM PHILOSOPHIÆ

PHILOSOPHIA SCHOLASTICA

經院哲學

哲學縮刑

L. S.

Tractatus compendiarius totius Philosophiae Scholasticae,
quem per voluntare coepisti, Amice Lector, triplicem intendit
finem:

I. Terminologiam philosophicam pro modulo suo promovere cupit.

Omnibus enim apprime compertum est, quantopere lingua Sinica, administra evolutionis idearum, quae novae in dies pullulant ad recentes formas cultus et humanitatis exprimendas, cotidie ab exteris regionibus in vectas, sensim sine sensu ex concreta in abstractam magis atque magis evehatur. Copia elucubrationum originalium et translatarum, multiformem terminologiam procreavit: neque infinitandum complures ex his terminis ad obrussam esse exactos.

Ast tanta invaluit abundantia, tanta efferbuit colluvio, ut aequo maior varietas, hac in re, obscuritatem magis pareret quam oblectamentum. Poesis et litteratura lacteam ubertatem, philosophia meram claritatem anhelat: sine qua quidem, in scientia, suapte natura perdifficili orioretur confusio Babel. Quapropter operae pretium est ex hac incomposita mole terminos aptiores retinere. minus congruos extrudere, novos excudere.

Hoc opus, hic labor: non utique ludus parvolorum aut opus unius diei. Lingua namque Sinica iuvenescit simul ac

fervescit: omnia hodieum probantur, sed ut tantummodo quod bonum est teneamus, opus est profecto collaboratione multorum. Hoc opusculum, simul cum terminis, eorum explanationem haud ambiguam suppeditans, ad hanc vernacula Philosphiae fabricam, laterem suum apponere contendit.

2. *Alter finis est adiuvare seminaristas ad penitiorem philosophiae intelligentiam consequendam.*

Seminaristae indigetes perpetuo difficultates linguae Latinae causantur. Nec abs causa. Sicuti mores Orientalium differunt a moribus Occidentalium ita, magisque prorsus, eorum idiomata. Quaelibet lingua Europaea, in syntaxi et structura, discipulo Sinensi videtur quadantenus aenigma, ne dicam chaos. Num sortem meliorem sibi vindicare possit lingua Latina, specietenus obsoleta et antiquata? Experto crede Roberto: pridem uti seminarista, deinceps tamquam professor, plerosque observavi seminaristas, utut caeteris scientiis bene exultos, trementes atque gementes ante ostium magnum atque apertum linguae Latinae, vel saltem perdiu horripilatos et titubantes; paucos solummodo pede libero pulsantes campum, qui ulterius patebat ingeniis.

Quomodo, amabo te, quispiam comprehendere possit scientiam, traditam ope linguae, quam non plane intelligat? Quo sic deveniamus in Philosophia, scientiarum altissima?— Absit invidia verbo, dicam plane quid sentiam. Compluribus seminaristis non adeo Philosophia ipsa quam lingua Latina constituit lapidem offensionis, quominus huius disciplinae congruam acquirant cognitionem. Re aequa bilance persensa,

praeter quasdam subtiliores speculationes, Philosophia non meretur pessimam famam, qua notata videtur in aevum, neque igitur impervia est menti mediocre, qua certe gaudent plerique, qui ad studium Philosophiae operam navant. Libet theoretice prosequi. Quid si alumnus seminarista, sacerdos factus, idonea caret cognitione philosophica? Quid si in sacra Theologia, non sufficienter versatus adeoque minus aptus ad ministerium sacram obeundum? Nonne casus per-timescendus est aequa ac dolendus? Porro, monet Suarez: nemo fructuose ad Theologiam incumbere valet "nisi expertus ipse firma prius Metaphysicae iecerit fundamenta". Egregie hoc attinet, in mentem revocare verba significantia f.r. PII pp. XI in *Litt. Encycl. "Rerum Ecclesiae"*: "Summopere tamen interest eos (vid. seminaristis indigenas) uno tempore de disciplinis profanis ac sacris non confusam atque incompositam, non breviorem atque compendiariam institutionem suscipere, sed per usitatum studiorum curriculum bona doctrinarum copia instrui..."

Atque idem ille "papa missionum" meritissime vocatus, in *Litt. Encycl. "Ad Catholicos Sacerdotii Fastigium"*, postquam cum Doctore Angelico sacerdotibus inculcavit ut ipsimet "qui super plebem constituuntur gradu ordinis, ita et superiores sint merito sanctitatis", iisdem vehementer commendat scientiam omnibus nervis excolendam: "Atque itidem ceteris sacerorum administris omnibus non satis esto ea disciplinarum cultura animum exornare suum, quae superioris aevi necessitatibus par fuisse videatur, sed reapse altiorem pleniorernque omne genus doctrinam potiri, iudicem emitantur, quae ad elatis-

simum illum, amplissimumque gradum pertingat, ad quem nostra in praesens aetas... provecta est". Luce clarius est ad omnem disciplinam, cum sacram tum profanam, clericis necessitate medii acquirendam, viam sterni aditumque pandi per scientiam illam, quam sic extollit Aquinatensis: "Sapiencia (i.e. Philosophia) est scientia quae considerat primas et universas causas".

Adminiculum praebere et amicam manuductionem ad arcaña Philosophiae penetranda, contendit hic libellus. Nequaquam praesumit supplere Manuale latinum, in preelectionibus ubique adhibitum. Absonum esset linguam Ecclesiae ex scientia ecclesiastica abigere. Videor mihi videre—nimis candide aut arroganter fortassis—hoc vade-mecum—quod tamen totum tramitem et compaginem Philosophiae Scholasticae per summa capita explanat—seminaristis amicis exhibentem illum conspectum generalem, quo tantopere indigent ad luculentiorem comprehensionem partium; paulo tardioribus ingenio subministrantem cognitiones elementares, quae ipsis nonnihil prava convertent in directa et aspera in vias planas; apud nonnullos tandem carent hanc cupiditatem ut suopte labore et studio historiam et systemata philosophica propriae gentis, maiori cum fructu aggrediantur, atque etiam, aucti abhinc sacerdotio, feliciter prosequantur.

3. Potissimus demum est finis: inducere quam plurimos bonae voluntatis homines studiosos in cognitionem Dei.

Quaedam principia videntur in antecessum stabilienda.

Ratio humana, lumine naturali Deum cognoscere potest.

S. Paulus de Gentilibus haec asserit: "Quia quod notum est

Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur; sempiterna quoque eius virtus et divinitas: ita ut sint inexcusabiles, quia, cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt". (Rom. I, vv. 19-21). Hanc doctrinam presse definit Concilium Vaticanum "Deum, rerum omnium principium et finem, naturali humanae rationis lumine, e rebus creatis certo cognosci posse."

Ratio humana non solum ad cognitionem Dei naturalem dicit, verum etiam ad supernaturalem seu fidem. Secundum S. Thomam. intellectus noster "ex his quae per naturalem rationem cognoscuntur, facilis manuducitur in ea supra rationem". Concilium Vaticanum luculenter declarat: "Rationis usus fidem praecedit . . . et ad eam conductit". Procul dubio conversio animae ad fidem est opus gratiae; nihilominus Auctor naturae plerumque agit secundum naturam: hinc hominem ad sese conductit per medium illi ipsa natura donatum, i.e. per nativam eius rationem. Quae quidem principia stant inconcussa. Atqui nulla profecto scientia, aequa ac Philosophia, nata est ad hos effectus gignendos. Legimus apud A. Farges eadem, quae ferme apud omnes philosophos catholicos, licet diversimode expressa: "Philosophia Dei existentiam et mentis immortalitatem comprobans, incitat ad virtutem colendam, et ad vitia compescenda, sicque hominem, in quantum fieri potest, dirigit ad finem ultimum in ordine naturali".—"Est magistra vitae et revera custos religionis et honestatis, quippe rationales affert solutiones problematis maximis quidem momenti de veritate, de Deo et anima, sicque ab impiorum deliramentis

*nos societatemque servat". Nonne eousque feliciter progressa, insuper et ad fidem hominem evehere potest humana ratio? Praeclaro hoc encomio LEO pp. XIII in *Litt. Encycl.* "Aeterni Patris" Philosophiam laudat: "Quam ob rem a veteribus modo praevia ad christianam fidem institutio, modo christianismi praeludium, modo ad evangelium paedagogus non immerito appellata est".*

Faxit D.O.M. ut hic liber animabus multorum civium talia conferat bona. Re quidem vera, populum litterarum expertem attingere nequit. Alias spem et fiduciam extuli: ut videlicet inter concives cultioris ingenii—classis intellectualis, uti nuncupatur—evangelii luce nondum collustratos, etiam atque etiam reperiantur, qui pro methodo sua, graviter et cogitate hunc tractatum meditentur, eiusque compilationem ad veritates altiores perquirendas, inaudiant.

Eosdem nec diffiteor in componendo libro iugiter oculis mentis meae obversatos esse. Idcirco omnes partes—uti intelligenti patet illico—eo semper spectant, ut existentia alicuius ordinis spiritualis variis rationibus fulciatur atque emineat. Eodem porro vergit, quod per singula capita, theoriae scientiarum naturalium saltem obiter attinguntur. Ceteroquin haud parum emolumenti hinc oriri autumo: nempe ut materiae, ex sese aridae et ingratae, praesertim exteris et proselytis portae, plusculum infundatur sapitatis et leporis; dein ut luculentius appareat hanc disciplinam vere methodo inductive-deductiva procedere, scil. per sensibilia ad rationem, per physicam ad metaphysicam: quod magnam faciet philosophiae aestimationem apud hodiernam classem intellectualem, quae, plus aequo fortassis, scientias physicas extollant; postremo,

ut dissipetur istud praeiudicium late serpens, quo tam philosophia quam religio catholica ipsa incriminantur, quasi obstante scientiarum progressui, dum reapse, teste Concilio Vaticano, progressum scientiarum fides "ruvat atque promovet".

Huic effato insistens, in celsiora spatia obtutus figo:

Ad studium Philosophiae Sinarum incumbens, attonitus paene steti, cum considerabam incredibilem influxum, quem Philosophia Taoismi in populum Sinensem exercuit, prout a cl. P. Wieger S. J. dilucide demonstratum est. Systema primigenium philosophi Laotze ab inclytis ejus assectatoribus Lietze et Tchoangtze amplificatum et locupletatum est. "Diligentissime perpendas ideas amborum acerrimo ingenio Sapientum (penseurs), quos unicos Sinae genuerunt, quoniam permagnum momentum habuere in cogitationes Sinensium: in litteris indesinenter eorum vestigia detagas!" (Wieger, Histoire des croyances religieuses et des opinions philosophiques en Chine, p. 146-147).

Re quidem vera, in decursu saeculorum, Taoismus semper et ubique sese insinuavit in multigenas doctrinas et systemata religiosa, orta in territorio Sinarum; atque ita se illis intermixxit, ut sibi lucra comparaverit. Quanto quis historiae idearum in Sinis enucleatus studet, tanto clarius perspicit pondus et momentum istius scholae in medullas Sinarum, in mores, in mentem, praesertim in superstitiones omne genus, vel et in res politicas; adeoque in libris innumeris, longa saeculorum serie exaratis, principia Taoismi identiter invenies; quinimmo ad radicem cuiuslibet revolutionis

religiosae, v.g. factionis vitta flava insignitae (Hoang-kin-tsai). Unde tanta vis et robur? Hinc certo certius quod doctrina de Laotze, longe magis quam cetera systemata indigena, philosophiam redolet, quin etiam Philosophiam metaphysicam, necnon solertius in sistema cohaeret.

Eadem ferme, mutatis mutandis, confirmare licet de praepollentibus confucianismi fautoribus, qui plurimum ratiocinii subtilitate valebant apud coaevos posterosque: Mentius utopista, Suntze rationalista, Tchouhi materialista.

Liquido apparet confucianismum speciem tenus longe majus momentum habuisse apud populum Sinensem; sed Taoismus, qui non jugiter sicut confucianismus favore imperiali fruebatur, reapse summo vigore se propagabat, seque hodie dum praevalide conservavit.

Historia igitur abunde testatur omnem ideam metaphysicam et systematicam semper in cultu humanitatis profundum vestigium infigere et conservare. Verissimum itaque est *ideas regere mundum*.

Philosophia scholastica enimvero omnibus doctrinis praecellit veritatis fulgore ac luciditate connexionis. Esto tale *systema* idearum sensim introducatur, atque perfundat animos Sinarum, quales, quantasque "mutationes" producere valeat? Populus Sinensis, quamquam prae se non fert hanc speciem, nihil secius doctrinis metaphysicis inhaeret, eisque delectatur. Videsis saec. II, cum Buddhismus irrepserat in territorium sinense, quantae hominum multitudines, hunc veritatem sibi

afferre ratae, ideoque veram scientiam, eum amplectatae sint. Quin etiam saec. IV et V, multi peregrini longissima itinera inter labores incredibiles et maxima vitae discrimina suscepserunt ad monasteria abditissima Indiarum, ubi thesauros inestimabiles sacrorum librorum asservatos censebant. An populus nigricoma non parem exhibere queat aviditatem scientiae verae et sapientiae salvificae? Hanc ei offeramus: nil enim volitum nisi praecognitum.

Diebus nostris ideae novae, immo novissimae, incredibili perniciate inter Occidentem et Orientem commeant: systemata ex XVIII et XIX saec. iamdudum Sinas pervolitarunt; habent lectores suos et asseclas Cartesius et Kant et Aug. Comte, ceterique eiusdem subsellii; recentioresque William James, Rud. Eucken, Bergson, alii, multorum manibus teruntur. Non mirum igitur, si scepticismo, materialismo, agnosticismo mentes, in primis iuniorum, deditae sunt. Axioma domesticum sic audit: "qui primus intravit, domum occupat". Quantocius igitur, nulla iam interposita mora, philosophiam scholasticam introducamus apud populum nostrum; ut, profligatis erroribus et negationibus, bene multos ad fontem veritatis vitaeque adducat.

Qua spe suffulti ac roborati, agamus laboremusque dum dies est. Exeamus ad seminandum semen nostrum. Dixit Dominus: "Sic est regnum Dei, quemadmodum si homoiaciatur sementem in terram, et dormiat, et exsurgat nocte et die, et semen germinet, et crescat dum nescit ille". (S. Marc. c. IV, v. 26-27). "Cui simile aestimab^o regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae

sata tria, donec fermentaretur totum". (S. Luc. c. XIII, v. 20-21). Ideae agunt in abscondito et Deus irrorat easque germinare facit in abscondito...

Demum enixe rogo omnes in sacerdotio fratres, ut circum se paganis classis cultioris quam plurimis, occasionem hunc tractatum attingendi praebeant, eisque ad intelligendum, identidem fervida prece ad Patrem lumen directa, opitulentur.

哲學縮型目錄

哲學總論

哲學的定義.....	1
第一章 論哲學為學問.....	2
第二章 論哲學的對象.....	6
第三章 論哲學的部分.....	9

論理學

論理學的定義.....	13
第一章 論觀念.....	14
第二章 論判斷.....	22
第三章 論推理.....	24
第四章 論學問.....	35

批判學

批判學的定義.....	45
第一章 論真理.....	46
第二章 設定問題.....	50
第三章 解釋問題.....	55

本體學

目 錄

本體學的定義	67
第一章 論物體	67
第二章 論物的屬性	76
第三章 論範疇	86
第四章 論成因	90

宇 宙 學

宇宙學的定義	94
第一章 論物質體靜的屬性	96
第二章 論物質體動的屬性	99
第三章 論原子論和力本說	105
第四章 論質和說	105

人 類 學

人類學的定義	117
第一章 論植物性生活	119
第二章 論動物性生活	124
第三章 論理智性生活	155
第四章 論生活	142
第五章 論靈魂	145

神 義 學

神義學的定義	154
--------------	-----

目 錄

第一章 形上證據.....	155
第二章 物理證據.....	168
第三章 倫理證據.....	174
第四章 論造主的性體.....	179

倫 理 學

倫理學的定義.....	182
第一章 論世界的終向.....	185
第二章 論人的終向.....	185
第三章 論人行為的倫理性.....	192
第四章 論規律.....	195
第五章 結論.....	199

哲 學 史

第一章 希臘哲學.....	203
第二章 教父哲學.....	204
第三章 中世哲學.....	206
第四章 近代哲學.....	207
第五章 現代哲學.....	208
第六章 東亞哲學.....	210

哲學縮型

COMPENDIUM PHILOSOPHIAE

哲學總論

PROLEGOMENA IN UNIVERSAM PHILOSOPHIAM

哲學的定義

哲學是藉人本性的悟力，在一切可知之事理上，推求其最末成因和理由的學問。

依此定義的劃界，哲學是列於學問之類的，就如幾何學，物理學，化學，及其他各等自然科學是學問一樣。

哲學且如這種種科學似的，也是但靠人理智的本能力，所考求到的學問。

至論哲學所研究的對象，則是一切一切的事理：凡是實有的，凡是能有的，凡是能思想的，俱作哲學的對象；就是整個事實界，論理界，和倫理界的事理，全為哲學的範圍所包括；總說一句，凡是能研究的，哲學皆研究。

且是哲學所做的研究，是深思窮理的。在樣樣事上，不祇要尋明其所以然的緣故和理由，且要求得其澈底的講解和明瞭；就是說，在各等事理上，哲學當勉力要追到其最末的成因，或其最末的理由。追本溯源

治是考研哲理的特徵。

哲學定義的簡約鋪講如此。然而這定義內所包容的質素實在豐富；將其涵蓄的質素剖解出來，分析的講論之後，自能較詳的明瞭哲學的定義，和哲學的性質。

先得指證出來，哲學實是學問。然後須要辨明，哲學與其他任何學問的分別；為能見此，自當指陳哲學所研究的對象。知道了哲學的對象，便可順序將其對象分割開，就此找出來哲學的各個部分。隨着可分派那各部分在講讀時當順的次序。準此，哲學總論包容以下三章：

第一章：論哲學為學問

第二章：論哲學的對象

第三章：論哲學的部分

第一章 論哲學為學問

為能指證哲學果屬學問，先須知道了什麼是學問。

(一) 學問的定義

學問是對一宗事物，對或一宗事物的限定方面，解明其成因或理由的知識之統系。

可見組成學問的成分是知識；學問裏的知識名曰學識。然而僅僅知道事理的成就和存在，不足為學識，這不過是通俗的認識。學識必須是能講明了事理成因或理由的。村夫野老們都很知道，日蝕月蝕是指的自然界內的什麼顯象，但不能稱此認識為學識；讀書人且知，因何緣故有